

# Psalmus

rendi q̄ solus es misereri antiquitus: miserere ergo nunc  
eruedo nos sicut misertus es antiquitus educendo poplēm  
de egypto: t̄ (sicut iurasti dauid) i. firmiter statuisti nūc  
supra dixisti: semel iurauit in sc̄to meo (in veritate tua) i.  
in teipso q̄ verax es: imo ipsa veritas Job. xiiij. Ego sum  
via veritas et vita. P̄mo ḡ allegat dei misericordiam dicens.  
(vbi sunt t̄c.) Sc̄do veritatē eius dicens (sicut iurasti in  
veritate tua) Lercio allegat vituperiū qd̄ sustinebat sc̄ti:  
et aggrauat illud a p̄te coꝝ q̄bus infert cū dicit.

49

**C**Memor esto domine opprobrii seruorum  
tuo p̄: quod cōtinui i sinu meo multaz gētiū  
**C**Memor esto op.ser.tuorū i. qd̄ infert seruis tuis: vñ  
dicebat Hiere. xv. Sc̄ito qm̄ ppter te sustinebit opprobriū.  
Sc̄do aggrauat illud a pte inferentū q̄tum ad multitudinem  
cum subiūgit (multarū gentiū) i. a multis gentibus  
illati. Quarto allegat charitate qua sustinebat sc̄ti oppro-  
bria cū dicit (qd̄ p̄tinui in sinu meo) sicut rem dilecta in si-  
nu abscondimus. Quinto allegat maliciam inferentium  
dicens.

50

**C**Quod exprobauerūt inimici tui domi-  
ne: qd̄ exprobauerūt cōmutationē xp̄i tui.  
**C**Qd̄ exprobauerūt (ini. tui dñe) i. iudei et gentiles te odio ha-  
bētes: t̄ determinat qd̄ est illud opprobriū dicens (qd̄ ex-  
probauerūt cōmutationē xp̄i tui) i. q̄ xp̄us omutatus est  
de morte ad vitam: h̄ cōmutation significata fuit. j. Reg. xxi.  
vbi dauid immutauit facie suā coram achis et tympaniza-  
bat ad ostiū et defuebant saliuie in barbā eius: in passione  
enī dñs p̄ corā iudeis mirabiliter immutauit facie suā. i.  
filiū Abac. iii. ibi. i. in passione abscondita est fortitudo ei⁹:  
ad ultimū agit gr̄as de isto opprobrio ondes quāvitilitate  
habēt sc̄ti in sustinētia opprobrii: vñ dicit.

51

**B**enedictus dominus in eternū: fiat fiat  
**B**enedictus dñs) t̄ hoc nō ad t̄ps (s in eternū) t̄ om̄ san-  
ctorū p̄scens aponit cū subiūgit (fiat fiat) Moraliter  
(vbi sunt misericordie tue) verbū est querētis vbi sit t̄c. sic ḡ  
debet quilibet dicere qz d̄ querere misericordiā Luce. xi. Qui  
querit inuenit Prover. xxj. Qui sequit̄ iusticiā et misericordiā  
inueniet vitā et iusticiā et gloriā: ecce plus inuenit q̄ que-  
rat (antique) hoc p̄t legi in bono et malo. In bono sic: si  
vetera vulnera redeat oportet redire ad veterē medicinā  
et antiquis morbis r̄ideat antiqua mia: prime autē antiquae  
miserie fuerūt seruire pharaoni in luto latere et palea Ex-  
odi. j. Nec seruitus iam rediit: Pharaao interpt̄at dissipa-  
tio sub isto rege iam seruit ppls isrl. i. clerici q̄ iam in ma-  
gna parte sunt in sc̄ismate et seruit in luto luxurie et late-  
re auaricie et palea supbie. Necessariū ḡ est ut fūm antiquā  
miam veniret alius moyses. i. aliquis platus extractus de  
aquis voluptatis et diuinitariū p̄ q̄ liberaret. Itē alia mi-  
seria fuit pplo isrl q̄ opp̄ssit eos eglon Jud. vii. Eglon in-  
terpt̄at festiuitas inutilis et significat gaudiū mūndi et om̄es  
satōes et talia q̄ multū regnāt in clericis et alijs boib⁹ mia  
antiqua q̄ de h̄ liberavit eos fuit p̄ aioth q̄ interfecit eum  
p̄cuties in vētre sua. Aioth interpt̄at laus: et valde lauda-  
bilis est sobrietas et cōtemp̄us mūndi ventrē būnius eglon  
bi vulnerauit apls sica. i. gladio overbi dei: cū dicit. j. Cor. x.  
vi. Esca ventri et venter escis: deus autē et bunc et has de-  
struct. Item Jud. vi. d̄ et madian opp̄ssit eos et ceteri ou-  
tentales: hi sunt supbie et ambiciose qui semp sunt in horru-  
bos autē destruxit dei mia: q̄ gedeone q̄ interpt̄at circuēs  
in vētro: ecce humilitas: qui enī circuit in vētro bi par-  
nulus est (sicut iurasti) Ezech. xviii. In quacūq̄ hora in-  
genuerit p̄cōr̄ oīm iniquitatū eius nō recordabor ampli⁹.  
(dauid) i. cui libet fideli (in veritate tua) i. in xp̄o q̄ est ve-  
ritas Job. xiiij. z. ii. Cor. v. Deus erat in xp̄o mūndū recō-  
cilians sibi: vel (sicut iurasti in veritate) i. sicut p̄misisti i  
verbo euāgelij Job. xvii. Sermo tuus veritas ē. In ma-  
lo autē p̄t legi (vbi sunt misericordie tue antiquae dñe) antiqua dei  
mia fuit dare t̄p̄ alia: h̄ac mia querut multi: mia autē no-  
ua est subtrahere t̄p̄ alia et dare regnum cēnū: h̄ac vult dñs:  
vt q̄ram? Math. vi. Pr̄mū q̄rite regnum dei et iusticiā ei⁹  
(memor esto dñe op.ser.tuorū) iste etiā vñsus in bono et i ma-

lo legit. serui enī dei sūt in opprobriū: fūm q̄ d̄. i. T̄bi. ij.  
D̄es q̄ pie volunt vivere in xp̄o iesu p̄secutionē patientē,  
q̄. d̄. tales sunt in opprobrio Hiere. xx. Factus fūz in deri-  
sum tota die: oēs subsannabāt me: qz iā oīm loqr̄ vocifer-  
rans iniquitatē et vastitatē clamito. q̄. d̄. iō subsanniat me: qz  
detestor p̄ctā et p̄minor̄ inferni tormenta: qz (p̄tinui in sinu  
meo) felix esset q̄ b̄ posset dicere dñs vt memor esset dñs  
quō sustinet opprobria: t̄ q̄ t̄m ea approbat q̄ abscondit  
ea i sinu suo vt re chā. iā t̄ p̄ciosam et vere chā eo q̄ b̄.  
tudinē affert Math. v. H̄ci eritis cū maledixerint vobis  
boies t̄c. Act. v. Ibāt apli t̄c. et qd̄ plus ē (multaz gen.)  
P̄s. Multi insu.ad.me. In malo sic legit (memor esto t̄c)  
opprobriū ecclie (et seruorū) dei ē malavita plato: ex hoc  
enī arguit subditos esse malos Eccli. lxj. De p̄e impio q̄  
runt filii: qm̄ ppter ipm sunt in opprobrio: et illud oppro-  
briū ē (multaz gentiū) qz quāto platus ē in loco supiore  
tāto a plib⁹ videt ei⁹ turpitudō: nō t̄ debet ea filii eius  
et subditos apalare: vñ dicit (qd̄ p̄tinui in sinu meo) i. in se-  
creto mētis mee Eccli. xxx. Audisti verbū apud p̄t. tuu⁹  
pmoriat in te fidēs qm̄ nō te dirūpet b̄ dederit nob̄ sigu-  
rā et exēplū sem i ap̄phet Gen. xix. Qui operuerūt verēda  
p̄is sui q̄ chām discoopta nūciauerat (qd̄ exprobauerūt  
ini. tui dñe) fūm vtrāq; expositionē inimici isti sunt amici  
mūndi Iac. iiiij. Qui amic⁹ fūerit hui⁹ mūndi inimic⁹ dei co-  
stituit: isti exprobāt bonis et paupib⁹ et despiciūt eos Pro-  
uer. xxij. Qui despicit pauperē exprobāt factori suo Pro-  
uer. xiiij. Qui calūniant̄ egēm exprobāt factori suo. Itē  
fūm sedam (inimici xp̄i) sunt heretici q̄ multū exprobāt ec-  
clesie et xp̄ianis, p̄p̄ platos: vñ significati sunt p̄ p̄blistū q̄  
dicebat. j. Reg. xvij. Ego exprobāui agimib⁹ isrl̄ bodie  
ille q̄rebāt singulare certamē et isti audēt xp̄ianos et cleri-  
cos et platos, puocare ad disputationē: et qd̄ exprobāt sb̄  
iūgit (qd̄ expro. omu. xp̄i. t.) xp̄i dicunt̄ oēs plati. i. vñcti.  
Itē reges et pugiles, i. claustrales: horū oīm facta est om̄is  
tatio exprobabilis. i. de bono i min⁹ bonū: vel i malū Pro-  
uer. xxvj. H̄ia et amicicia liberāt q̄s tibi fūa ne exprobābi-  
lis fias. i. ḡfa remissiōs peti et caritas dei et primi: hāc cō-  
mutationē exprobāt inimici supradicti: hāc deplorat Pie-  
re. L̄ren. iiiij. Quō obscuratū ē aux̄ mutat̄ ē color opti⁹.  
dñs autē inutibilis ē inēcū: vñ (b̄ndictus dñs inēcū) s̄  
quō a nob̄ b̄ndic̄t fūm q̄ d̄. heb. vii. Sinevilla p̄dictōe qd̄  
min⁹ est a meliore b̄ndic̄t: ḡ deus ab hoie nō p̄t b̄ndici.  
Est b̄ndictio multiplex.

**M**  
B̄ndictio multiplex

**C**Collatōis sic nō b̄ndicimus illum s̄ ipse nos. P̄s. B̄n-  
dicat nos deus t̄c.  
**C**Approbatōis sic b̄ndicimus cū amantes eius b̄ndictio  
nem. P̄s. B̄ndicamus patrē et filiū cēm sc̄to spū.  
**C**Laudis sic b̄ndic̄t ab omni creatura Dan. viij. B̄ndic-  
te oia opa dñi dño.  
**C**Consecratōis sic b̄ndicimus ipm in altari. j. Cor. x. Ca-  
lix b̄ndictōis cui b̄ndicimus.  
**C**Sanctificatōis Ieh. xvij. Ego p̄ eis sanctifico meipm. j.  
Reg. xxv. B̄ndictus dñs de⁹ isrl̄ q̄ misit te hodie in occur-  
sum meū et b̄ndictū cloquiū. t. et b̄ndic̄ta tu q̄ p̄blistū me  
ne irē hodie in sanguine et v̄lscicerer manu mea: ita dixit  
dauid ab abigail. X̄ps significat p̄ dauid. Etā Maria p̄  
Abigail q̄ interpt̄at pris mei exultatio: ipsa occurrit xp̄o  
ne puniat. Nabal virū stultū p̄ quem p̄cōres intelligunt  
et eius eloquii est oīo p̄ p̄cōribus (fiat fiat) dicit ecclesia  
optās xp̄i b̄ndictionē duplēcē in stola corporis et aie.

P̄s. lxxxix.

**O** Psalmus LXXXIX  
O mīne refugium factus es nobis  
a generatione in generationem.

Titulus (oīo moysi bois dei) In p̄cedenti p̄s.  
egit de p̄missis q̄ p̄ xp̄m implebunt̄: s̄ qz nō sunt adhuc oīa  
iplecta p̄oīt in h̄ p̄. oīo in q̄ petitv̄ oīa opleāt̄ p̄missa. tē  
oīo moysi: nō qz būc p̄s. oposuerit moyses: s̄ qz p̄silia ora-  
uit: vel qz in h̄ p̄. tangunt̄ illa q̄ facta sūt: qz p̄missa filiū  
isrl̄ terra p̄missiōis et illos idurit: Iz nō intrauerit q̄ terra  
significat vētā cēnā: te q̄ b̄ agit. Inēcōe ē monē ad cōceptū  
vēterē vēte et q̄ amōre nōne. Mod⁹ tript̄is̄ est p̄. p̄ cēnā

refugii pponit tpali boi. Scđo petit sbueniri boi t eius in firmitate exponit ibi (ne auertas). Tertio orat t affirmat liberationem ibi (tertera) Igit p̄ ante q̄ oīone faciat. p̄o capitat benuoletia ei? a q̄ vult petere. p̄mo cōmēdās illū a potētia cū dicit (dñe) secūdo a benignitate q̄ iā nos liberauit cū dicit (refugii fac. es no.) tertio a cōtinuatiōe libe ratiōis cū dicit: a ge. in gene. quarto ab eternitate cū dicit: (p̄usq̄ mōtes fie. tē. a seculo t vscq̄ in seculū). i. sine p̄ncipio t sine fine. vt bee p̄positiōes (a t vscq̄) sunt inclusue. quito a summa bonitate cū dicit (tu es dñs) dicit ḡ (dñe) dñ trinitas tu solus (face? es refugii no.) factus dico no q̄ p̄bec noīa refugii defensor patron⁹ aliq̄ mutatio oīdū tur facta cē oīca dñū s̄ potius circa nos: vel ad filiū loq̄ (dñe) p̄petu (face? es no. refu.) fm q̄ bō (refugium) dico urim existēs (a ḡnatiōe) p̄terita (vscq̄ in ge.) p̄ntē vel a p̄ senti vscq̄ in futurā q̄ erit in gloria: t q̄ dixit (face? es refu ḡ) possit aliquis credere q̄ simpli factus esset nec ante fuisse: vnde eternitatē eius ostendit dicens.

**C** P̄iusq̄ mōtes fierēt aut formaref terra t orbis: a seculo t vscq̄ i seculū tu es deus.

**Mystice.** P̄iusq̄ mō.fie.) ad l̄ram (t formaref ter. t or.) i. ma cbina mūdialis (a seculo i se.) i. ab eterno meternū (tu es dñs) p̄ns tm̄ verbuz ei attribuit q̄ dia sunt ei p̄ntia: vñ ait Ero. iii. Ego sum q̄ suz: t q̄ paru est hoc ad l̄ram sic expo nere: mystice exponant (p̄iusq̄ mon.). i. celstitudines au gelice q̄ de nibilo create sunt: vñ dicit (fierēt) i. crearentur aut (formaref terra) bō q̄ de limo terre plāimat⁹ est (t or bis). i. ecclia (a seculo t in se. tu es dñs) bō nō mutat. Mo raliter (dñs refu. fa. es no.) ita tebēt dicere penitētēs q̄ fugiunt a p̄tō pficientes: q̄ fugiunt a facie tēptationū t p̄fecti q̄ a curis t strepitū mūdi (a ḡnatiōe) p̄sequētēt q̄te dicit Prover. xxv. p̄ tentib⁹ gladios b̄z (in ḡnatiōe) q̄rentius dñ. Hiere. xv. Dñe fortitudo mea t robur meu t refugiū meu in die tribulatiōis Mal. v̄o ad b̄ refugii nolunt refugere s̄ habēt alia refugia ad q̄ fugiunt ne forte a dño capiant in pñia: vñ refugii est eis exēplū plātor⁹ t facta maioriū hoc est syon: de q̄ dñ. i. Mach. j. q̄ facta est illis i arec. sex p̄secutorib⁹ p̄pli dñi t posuerūt illic gente p̄tōz viros iniquos t cōualuerūt in ea aliud refugii eoz est p̄silia ad uocatorū t sapientiū mūdi b̄ est bethsura de q̄. i. Mach. p. dñ In bethsura remāserūt aliq̄ eoz qui lege reliquerāt. erat em̄ eis hoc ad refugii. bethsura interptat domus an gustians populū hoc est dom⁹ aduocatoriū: sed tā h̄j q̄ ad eos fugiunt tam̄ ipi ad quos fugiunt: in necessitate nō inueniunt refugii: vñ dicit eis dñs Esa. x. Quid facietis in die visitatiōis t calamitatis de longe veniētis: ad cuius cōsu gietis auxiliū: tunc dicet illud Tren. iii. Defecerunt oculi nostri ad auxiliū nostrū vanū cū respiceremus attēti. Do minus autē dicit refugii bonorū t penitentū multis mo dis: quia dñs dicit refugium.

**B** De dñe. fugium bo nos multi p̄siderer. **A** Malowz refugia. **C** At civitas. Josue. x. Separate v̄bes fugitivoz t sanctos t p̄cipue christū. **C** At curris. Prover. xviii. Turris fortissima nomen domini ad ipsum currit iustus. **C** At dux exercitus. ii. Reg. x. Si preualuerint aduersum me syri cr̄is m̄bi in adiutorium. **C** At mater Math. xxiij. Quoties volui cōgregare filios tuos quemadmodū gallina cōgregat pullos suos tē. **C** At do? p̄. Esto m̄bi in dñ p̄tec. t in do. refu. vt sal. tē. **C** At medicus. Esa. xxvij. Conuerit Ezebias facie suam ad paritem. q̄ querens verum medicū. **C** At nauis. Sap. viij. Spes orbis ter. ad ratē cōfugiet. **C** At magister. p̄. Ad te cōfugi doce me facere volū. tuā. **C** At columbariū. Esa. lx. Quasi colubē ad fenestras suas. Esa. ii. Ingredere in petram. **C** At altare vel ecclia. ii. Reg. Fugit Joab in tabernaculū t app̄hendit cornu altar⁹ (p̄iusq̄ mō. fi. aut for. ter. t or.) mōtes sunt moralr q̄n de paupibus sunt magni t potētes. Dan. iii. Lapis q̄ p̄cesserat statua face? est mōs magnius. terra for. vt siat olla vel later v̄l forma vasor⁹ sic bō vt si at vas i bonorē i domo dñi. ii. Reg. viij. Fugit ea rex in ter

ra argilloſa. q̄. s. p̄culari se p̄mittit t tenax est. mlti v̄o sūt terra barenoſa: q̄ manētes i flūb⁹ diuītiaz t deliciaz la p̄idib⁹. i. durū aculeis ūdictionū pleni nec tenaces p̄ cōcor dia t amorē s̄ diuīſi p̄ scismata: nō sūt apti vt eis forme q̄dūq̄ vas i honore ū in ptumeliā vas p̄fractū t p̄foratū q̄d oīen sapiam nō tenebit: b̄ sorces admittet: orb̄ est celū obdūculatū q̄d tūc sit cū bō sit p̄teplatū t efīna q̄ sinez nō b̄nt meditat t appetit: dicit ḡ b̄ (p̄usq̄ mō. fi. tu es dñs) et sb̄nxit b̄ statim postq̄ de dñi refugio locut⁹ est q̄d tāgīt q̄dā q̄ cū sūt in dignitatib⁹ v̄l in alto statu t mouēt vt desce dat t refugiat ad dñm sb̄mittētes se t suāvolūtātē alteri⁹ voluntati p̄ dñ dicunt q̄ si b̄ facerēt forte i loco in q̄ sūt po nereb̄ b̄ insufficiēt t malus: b̄ ḡ dicit q̄ de b̄ nō sūt sol liciti: s̄ teo curā dimittat q̄ ipē est de? t erat sp̄ ante q̄d ipi cēt facti mōtes: qd̄ autē seq̄t (anq̄ for. ter. t or.) etiaz (tu es dñs) est p̄ eos q̄ de suis opib⁹ aur de sua p̄teplatōe glo rianū q̄li magnū qd̄ p̄ dñ fecerint. q. d. c̄s bonor⁹ n̄ forū nō indiget dñs: q̄ ante q̄d ista vñq̄ ab aliq̄ hoīe fierēt ipse est deus p̄fet⁹ t summe bon⁹. Job. xxv. Si iuste egeris qd̄ donabis ei: aut quid de manu tua accipiet.

**C** Ne auertas hominem in humilitatem: t dixisti conuertimini filij hominum.

**C** Scđo ps in q̄ petit sb̄ueniri boi t ei? infirmitatē expōit orat q̄ ne pp̄ amoīe tpaliū dñs illū a se separi p̄mittat: vñ dic (ne auer. bo.) a te (in būilitatē). i. in vilitatē tpaliū isto rū q̄ sunt vilia: vñ arbitrab̄ aplū ea omnia vt stercore. Pbil. iij. t oīdūt q̄re petiū b̄ p̄cepit vt bō nō auer teret se a teo: s̄ coüterer se ad cū: b̄ est qd̄ addit (t). i. q̄a (dixisti). i. p̄cepisti (coüertimini filij bo.). s̄. ad me ab istis vñis tpaliibus. hoc est qd̄ alibi dicit. Filij boīm vscquo grāui corde) vt qd̄ dali. vñi. t q̄ritis mendaciū. Scđo cā quare hoc peccat est breuitas vite: vnde dicit.

**C** Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanq̄ dies besterna que preteriſt.

**C** Qm̄ mil. an.) ecce q̄d̄ breuis est vita boīs. Job. viij. breues dies boīs sunt ad quā etiā breuitatē exp̄mēdā nō dicit sicut dies bodierna q̄ adhuc est: vel sicut crastina q̄ ex p̄cepta futura: sed (dies bester.) q̄ iā p̄teriſt. q. d. q̄z est desi nitura. silis est p̄terite. oia em̄ vt dicit Aliq̄. que aliq̄ fine clauduntē modica sunt t pro transactis babenda. nec tū breuis: sed quasi breuissima est vita homis: vnde addit.

**C** Et custodia in nocte: que pro nibilo ha bentur eorum anni erunt.

**C** Et custo. in no.). i. mille anni sūt sicut custodia i nocte: vi uidit in q̄ttuo custodijs nor: q̄n q̄libz p̄tinet tres horas artificiales: q̄r i bellis antīq̄ diuidebat nor: p̄ q̄ttuo custodias. p̄ vigilab̄t pueri. scđo adolescētes. tertio iuuenes q̄rto senes. Est ḡ sensus mille anni sūt an oclos. t. sicut cu stodia nocti q̄ cito elabit̄ q̄n em̄ bō dormit p̄p̄ durat ei q̄rta ps nocti: vñ t addit (q̄. p̄ nibilo b̄nt eo. an. erit) qd̄ sic legit (āni) boīs (erit eo.). i. dñ n̄ero eoz (q̄. p̄ nibi. ba.) vt p̄ius somni? q̄n em̄ bō parū dormiūt t euigilat: tñc vñ det ei q̄ nibil dñm̄erit. t vere, p̄ nibilo erit eo q̄

**C** Mane sicut herba transeat: mane floreat t trāseat: vespe decidat iduret t arescat.

**C** Mane). s̄. pueritie (trāseat) s̄. herba q̄ euulsa cito are scat (mane) iuētue (floreat t trāseat). i. sicut flos trāseat q̄ sup̄ueniēt prua arescat t desicit (vespe) frigide senectis (decidat) iñ more (induret) iñ cadauer (t arescat) iñ puluerē. Tertia cā ē inflata necessitas morēdi t q̄ addit

**C** Quia defecimus in ira tua: t i furore tuo turbati sumus.

**C** Defecim⁹). i. in būc defectū incidi⁹ (in ira. t.). i. in vin dictā quā nob̄ infers q̄ videris nob̄ iratus. i. in necessitate morēdi b̄m sñiam dicētis Ben. ii. Quacūq̄ die comedet̄ er eo morte morēt̄. Quarta est met⁹ mortis: vñ subīngit (t in fu. t. turb. su.). i. in executiōe illius sñie q̄n recogitamus p̄cipue quō tu appares irat⁹ t q̄li furiosus aniabus p̄tōz egrediētib⁹ de corpib⁹ t cū b̄ t ipsa mēoria morē

P̄dit mul tas cās q̄ re clamet ad dñm: vi det diuer fas miseri as humani generis.

Mox diu dūt in q̄ttu or custodi as.

E s

# Psalms

- horribilis est et hoic turbat: quod nō aliter vivere appetit: vñ dñs dixit petro. ali⁹ te cinget et ducet quod tu nō vis. hoc autē dicit significās quod morte clarificatur⁹ et ceterū Job. xxij. et ipse dñs p̄mis̄ morte sibi imminere dixit Mat. xxvij. Tristis est aia. m. usq; ad mortē: et quod horribilis est mors videſ infligi a deo nō tā irato q̄d furioso: vñ dicit (in fuitur. su.) Quia est multiplex pena quā dñs pauit peccab⁹: vñ dicit
- C** Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo seculū nřm in illuminatio vult⁹ tui
- C** Posui. ini. no. in cō. t.). i. tu bñ notas eas ut ppter eas nos punias Job. xij. vidēs iniquitatē nōne p̄siderat. Sexta cā est manifestatio ipsius pene: vñ addit (seculū no.). i. viatā et acetā nřos pratos suple (posuisti illu. vult.). i. in apto p̄ vultū. i. p̄ irā tua: sic sumi in p̄. vbi dī. Quile⁹ autem do. sup fa. ma. vt per. de ter. me. eo. tūc autē in apto ponuntur peccātū q̄n vindicant̄ apte. Septima est ignorantia eorū que circa deū sunt: vnde subiungit.
- C** Quoniam omnes dies nostri defecerūt: et in ira tua defecimus.
- C** Dies no. i. cogitationes nře (defecerūt ut non illumine mur ad cognoscendū supia: vñ sic (dies no.) ad lſam (defecerūt). i. abbreviati sunt p̄p̄ p̄ctū. an eti diluvii plixiore erat vita boim q̄ post diluvium: et vñ h̄ sit subdit dicens (e in ira. t. (quā babes ex p̄tō p̄mī p̄mī (defecim⁹) p̄dcō modo. Octaua cā est mūdana occupatio de qua dicit.
- C** Annū nostri sicut aranea meditabuntur: dies annōz nřoy in ipis septuaginta anni
- C** Annū no. si. ara. me. i. sūt. q. meditatio q̄ cito evanescit et sicut aranea q̄ inanit laborat: vñ sic ut legat̄ passiuē (medi). i. reputabūt (sicut ara.) q̄ laboriosi sunt et tñ inutilis et vani. aranea em̄ multū laborat et totā se cuiuscerat ut faciat telā q̄ dolose capiat muscas. Esa. lxx. telas araneae te perūt. et post pauca opa coꝝ opa iutilia. postea determinat spatiū vite hois dicens (dies an. no.) suple cōplebunt (in ipis. lxx. an.) vñ sim̄ alia lſaz q̄ bz (annū) sic legit̄ (in ipis) sc̄ dieb⁹ (annoz no.) sunt (lxx. anni) quo t̄pis spacio mō aliq̄ viuētes dicunt̄ lōgeui: sed nōne plus qñq̄ viuēt homines: q̄ qñq̄ usq; ad. lxxx. annos viuēt et aliq̄ vires habere p̄nt: sed ultra hoc spaciū viuere in potētia et viribus corporis viꝝ aut numq̄ possunt. modo hoc est qđ sequitur.
- C** Si autē in potentatibus octoginta anni et amplius eorum labor et dolor.
- C** In potē. lxx. a. si octuagita āni fuerūt eis (in potentatibus). i. in aliq̄ vture et fortitudine corporis (et ampli⁹ eo.). i. qđ amplius fuerit et qđ ultra octuaginta annos vixerint (labor et dolor). i. erit in labore et dolore q̄ nō est vita sed languor in tāto senio. posite sunt ergo cause quare clamat ad dñm. s. diverse miserie hūani generis. cōsequenter autē ponit q̄tuor causas q̄re hō est positus a dño in his mīse. rijs. Prīa est domitatio. s. vt hō domet: de qua dicit.
- C** Qm̄ supuenit māsuetudo: et corripiemur
- C** Qm̄ tc. q. d. p̄dcā nob̄ isers pp̄ h̄ (qm̄ supue. māsue.) i. vt nos māsuetos facias: et vocat māsuetudinē comitatio sicut i thopis. hō est aial māsuetū nā. i. domesticus vel domabile: hec autē domitatio sit p̄ miseras et flagella q̄ hoī infligunt: vñ dicit Job. vij. Sagitte dñi i me sunt quarū indignatio ebibit spiri. m. iste sagitte dñi sunt flagella q̄ spm̄ homis. i. indignationē et supbia eius ebibit. Secunda causa est correptione: vñ dicit (et cori.) Job. v. H̄is hō q̄ corripit a dño. Tertia causa est cognitio dei: vñ addit.
- C** Quis nouit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare.
- C** Quis no. po. ire. t.). q. d. null⁹ nisi flagellat? Esa. xxvij. Tūmō sola veratio dabit intellectū auditui. Quarta cā est vt hō timeat: vñ addit (et p̄ timore. t. irā. t. dinu.). q. d. de gebēna non audem⁹ (dinu.). i. cogitare p̄ timore. borrore em̄ p̄cutimur loq̄ndo de gebēna. Moralit̄ ne auer. bo. in hūi. ita dī dicere hō orans. auertere em̄ est orōne repelle
- re: vñ. iiij. Reg. ii. dixit salomō Pete mater mi neq; em̄ fas ut auertā facie tuā (in hūi.) in despatioz q̄ hūiliat et deyct hoīem int̄m q̄ nō audet facie leuare ad dei misericordiam attē dendā: vñ dicit Layn Ben. iiiij. Maior est iniqtas. m. ecce hūiliatio q̄ vt venia merear. ecce q̄ nō respicit dei mīam. de qua bñis Ben. Maior est xpi pietas q̄ quetus iniqtas: vel sic (ne auer.). i. auertī nō p̄mittas a te (hoīem) ad imaginē. t. factū (in hūiliatioz). i. in vilificatione peti. de q̄ Prouer. xv. Miseris facit pplos p̄ctū. Dicere. ii. q̄ vilis facta es nimis iterans vias. t. De hac auersioe Prouer. i. Auersio p̄uuloz interficiet eos. Dicere. ii. Arguet te malitia. t. et auersio. t. increpabit te. (et dixisti) i. buic petitioni r̄ndisti (cōuerterimini). q. d. si vultis q̄ nō auertā (cōuerti mīhi) Zech. i. Cōuerterimini ad me et ego cōuertar ad vos et dicit (cōuer.). i. siml̄ vertimini intellectu p̄ter et affectu. bñ sunt duo oculi q̄ siml̄ debet tēu intueri. sicut est de oculis corporis q̄ sp̄ acies amboꝝ ad idē dirigūt. multi autē sunt q̄ nō cōuertunt ita: s. oculū sinistrū. s. intellectū ḥtunt ad celum p̄ studiū. oculū autē tertrū. s. affectū figūt in terrā p̄ desideriū. bñ sed⁹ inuenit cū uas amoīte. i. cū dyabolo. q̄ oculos dextros eruit de capite xpo. j. Reg. xij. nō sic fecerat dauid q̄ dicebat Ad te le. ocu. m. s. ambos q̄ bitas in ce. et de beti ita pueri: qz (fili⁹ bo.) hō est fact⁹ rect⁹ vt ad deū sendat: vñ dixit qdā os hoīi sblime dedit celūq; videre Eccl. viij. h̄ inueni q̄ fecerit dñs hoīem rectū: pp̄ h̄ dicit (cōuer. ti. fi. bo.) nō pecoz. h̄ autē puerio dī sien sine dilatiōe pp̄ duo p̄ncipli. Primū est q̄ si hō in totavita sua fūiret deo adhuc nibil est respectu eternitatis in q̄ remūerabit: et hō noīat cū sbligūt (qm̄ mil. an.) etiā si tādiu viuēt hō et tibi seruiret (an. o. c.) q̄ cēna viuēt sūt (tanq̄ dies bester. q̄ p̄. et tanq̄ cu. innoc. q̄ p. ni. ba. e. an. e.) Bñ q̄. S. expositiū est Se cōdū est incertitudo morū q̄ notaē cum addit (ma. si. ber. trā. tc.) vñ sic (dixisti) puer. qm̄ mil. an. tc.). q. d. io monui si ut cōuerteſent: q̄ tu sciebas affectū eoz ad p̄ctū: et ita bñ scis qd̄ facē appetat̄ sicut qd̄ iā an fecerint. Si q̄rāt a p̄tōre qd̄ facies cras: r̄ndebit sicut die besterna qd̄ fecisti die besterna. cōedi. bibi. lusi. torniui. gariui: et bñmōi: et qd̄ facies post cras: silr. et qd̄ vñq̄ ad mille annos si viuēres: silr. hoc ḡ totū ē (an. o. c.) dñi (tanq̄ die he. q̄ p̄terij) q̄ ipse viuēt affectū infirmabilē peccādi et cōproportionabit pena et eni q̄ peccat i suo etīno: de⁹ punit i suo etīno: vñ ne sic pecat dicit (puerti. tc.) St̄e iō monet ad pueriō q̄ videt vitā p̄tō brevē et inutilē. De breuitate dicit (et custo. in no.) sicut iā expositiū est: et i alio sensu (tanq̄ custo.) i. tūguriū qd̄ cito deficit. s. vñbraculū custodū Esa. i. Derelinquerē sicut vñbraculū in vinea et sicut tugurii in cucumario (in noc.) posita. i. in morte: qz cito incipit hō viue incipit mori. Sen. Fallimur q̄ mortem q̄si futurā expectamus. q̄cqd̄ em̄ vite retroactū est mors tenet. De utilitate dicit (q̄ p. ni. ba. e. an. e.) Job. vij. Ego habui mēses vacuos. mēses: ecce breuitas. vacuos: ecce inutilitas. Jac. iii. q̄ ē effritavīa vapor: ecce inutilitas. ad modicū parēs: ecce breuitas. et te vñq̄ etiā hic sblungit (mane sicut ber. trāsē.) tc (mane trāseat) ecce breuitas (sicut ber.) ecce in utilitas. herba em̄ inutilis est sine fructu. Judi. vij. Sicut erat in herbis cūcta vastabat. Et posset aliq̄s dīcē: nō est ibi tñ herba: imo flos ex q̄ fruct⁹ leq̄: vñ addit q̄ non est ver⁹ flos dīcēs (mane flo.) i. in vita ista post florē autē nō fructū faciat (s. trāseat) q̄ flores trāsit: vñ Dicere. viij. dit vñ dñs Date florē moab q̄ flores egredieſ. Esa. xvij. an messem totū effloruit: et immatura pfectio germinauit: ita erit in mane: s. qd̄ in vespe subdit (vespe). i. in morte (deci dat) deoſuz cadat (in infernum) q̄ p̄us flores i mūndo susuz ascendere p̄ supbia nītebat bñ istā sniam: q̄ se exaltat humiliabit Lu. xiiij. (induret) tornēta bñ q̄ gallice dī indurare endurer. i. pati (et arescat) in igne gehēnali. bec omia inuenim⁹ cōpleta in diuite epulone Lu. xvj. q̄ p̄mo florū it in mūndo. erat em̄ diues et induēbat purpura et byſſo et epulabat quotidie splendide sed tame transiit sicut dicit ei ibidē. recepisti bona in vita tua. et lazarus sūlter mala. nūc autē hic consolat̄: tu vñ cruciaris (vespere deci.) quia mortuus est inquit diues et sepultus in infernum indura-

uit et aruit: vñ ad refrigeriū petiit gutta aque qz cruciorū in  
quit in hac flāma: et in psona talū subiungit (qz defecimus  
in ira.c.) i.nō possum eam portare. qz cū poterit bitare  
cū ardorū sempiternis: sicut dī Esa.xxiiii.tū deficiente  
optet eā ferre: et deficiente deficere nō possunt et defectū de  
ficere nescit (et in furore.t.). i.in recordatiōe furor tui (tur  
bati su.) p̄. Cū loq̄t ad eos i.ira sua tē (posui iniqui. no.  
in cō.t. se.no. in illu. vul.t.) .q.d. h̄ fecisti qz tu nō es oblit⁹  
maloz qz fecim⁹ hoc bñ p̄cipient: tūc mali qz mō ita aucta  
cer peccat: ac si deus cecus esset vel obliuiosus: vñ Eccl.  
xxiiii. Nō fatigab̄ transgredies v̄sq; in finē. ois bō qz trās  
gredit lectū suū cōtemnes in aiām suā et dices: qz me vi  
det: tenebre cōducant me: parientes coquunt me et nemo  
respicit me quē vereor delictorū meoz non memorabit al  
tissim⁹: et non intelligit: qm̄ oia videt oculus illi?: et postea  
addit: tñ cognouit. qm̄ oculi dñi sunt multo plus lucidi  
ores sup sole cōspicentes om̄es vias homi et pfunduz  
abyssi et homi corda intuētes absconditas p̄tes ut possit ali  
qz querere a malis si deus posuit iniq̄tates n̄as in cōpse  
ctu suo: qz siliter bona n̄a nō posuit: ad hoc r̄ndet qd se  
qui⁹ (qm̄ oēs di.no. defec.) .q.d. nullū bonū fecimus in vi  
ta n̄a: b̄ est qd supra dictū ē (q. p. n̄. ba.co. anni erūt) nō  
defecerūt dies sanctorū qz mortui sunt pleni dierum. Gen.  
xv. de abr. 1am. Job. in fi. sed de malis dī bic et alibi in p̄.  
Defecerūt in vanitate dies eoz. Proverb. v. Ne des alie  
nis honorē. t. annos. t. crudeli: ne forte impleant extra  
nei viribus tuis tē. et dicit (oēs) ut plen⁹ r̄ndeat p̄cedēti  
questiōi. Eccl. xvij. Ecce tēpus tuū tēpus amantiū. q.d.  
totū tēpus. t. cōlumpiſtū in amore mūdi et carnis et in va  
no gaudio: sicut cicada qz tota estate cātibus vacat et perit  
in hyeme: qz non laborauit cū formica. Prover. vi. Gade  
ad formicā o piger. q.d. nō ad cicadā. Adhuc posset aliq̄s  
dicere qz est deus noster qz nos videbat ita errare et  
non corrigebat: ad qd etiā bene r̄ndet qd sequit qz dicunt ad  
dñm (et in ira tua defecimus). q.d. dñe tu iratus es nobis  
pter p̄tā n̄a et nos flagellasti: sed nō correxi⁹ nos (b  
in ira tua defecim⁹) murmurādo: impatiens sustinēdo a  
peccati nō cessando. Hiere. v. Percussisti eos et non dolue  
rūt: attrististi eos et renuerūt accipe disciplinā. Prover. iij.  
Ne desicias cū ab eo corripis. Mich. vii. Ira dñi porta  
bo. i.nō deficiā in ea qm̄ peccavi ei. multi qz deficiūt in ira:  
sed plures in miseria: qz inde peiores sunt. Esa. xix. mis  
reamur īmpio et nō disceat facere iusticiā. Hes. vi. Multi  
bonitate p̄ncipū et honore qz in eos collat⁹ est: abusi sunt in  
supbia. Itē qdā in ira bñ deficiūt. s. a malo: qz inter flagel  
la corrigunt: sicut paulus Act. ix. qz dicit. Dñe qd me vis  
facere. Et notandum qz multiplex est defecitus. s. anie corpo  
ris et possessionis: et quilibet istorū multiplex est.

**S** Anima primo deficit in multis vicez.

Multiplex  
corporis et  
possessiois

In scientia. Qsee. iii. Non est scientia dei in terra. id est  
defect⁹ aie  
In iocunditate. Baruch. ii. auferam a vobis vocem io  
cunditatis.  
In passione psal. Defectio tenuit me pro pect. derelui  
le. tuā. Amos. vij. Nihil cōpatiebatur sup cotritiōe iosepb.  
In studio. Hiere. vi. Omnes avaricie student.  
In gratiis. In cōtritione. In lachrymis.  
In miseria. In confessione. In ieūmio.  
In iusticia. In satisfactione. In laude.  
In penitētiā. In cōpassione. In oratione.  
In elemosyna.

Corpis de  
ficiūt mul  
tiplex. **C** Corporis etiā defect⁹ multiplex vicez.  
In vita. Gen. xxv. Ismael deficiens mortuus est.  
In decor. Jac. i. Decor vultus eius deperit.  
In robore. i. Reg. viii. Defecerat aut̄ populus Dan. x.  
Nihil remansit in me virium.  
In sensibus. ii. Reg. xix. Nūq̄d vigeat hodie sensus mei  
In sanitate. Eccl. xxx. Melius est corpus validum qz  
census immensus.  
In cibis. Numeri. xij. Deest panis non sunt aque.  
Defecitus etiā possessionis multiplex vicez.  
In domibus. i. Cor. x. Mūquid domos nō habentis.

**C** In sepulchris. ii. Mach. v. insepultus abiicitur.  
**C** In stipedijs. i. Mach. ii. Timuit ne nō bret et semel et  
bis in sumpt⁹ et donatiua qz dederat ante larga manu.  
**C** In pecorib⁹. Gen. xlviij. simul et pecora defecerunt.  
**C** In terre nascentib⁹. Gen. ii. ubi est triticū et vinū tē. vt  
aut nō deficerem⁹ (in ira) s. corrigem⁹: deberem⁹ cogita  
re de vita n̄a qz inutilis et qualis v̄sq; nūc fuerit: vñ bene  
subiungit (anni n̄i sicut ara. medita.) passive. Debet enim  
homo meditari qz anni sui fuerūt ut anni aranee. que

**G** Facit telā subtile et inutile sic astutia mūdi. Esa. xix. **C** Aranea p  
fundens qz opabat linū plectentes et texentes subtilia. pūtates qz  
Sese euiscerat sic isti Eccl. x. Illic est iniquius qz ama bus cōpa  
re pecunia. hic cū in vita sua. p̄iegit intima sua. ranē auarit⁹

Multū laborat et cito dissipat opus suū: sic in tali boie et mūdanī.

Job. viij. Sicut tela aranearū fiducia eius.

**C** Exit telam suā in angulis nō in plano et isti qz fraudes  
machinant. Soph. i. dies tube et clangoris sup ciuitates  
munitas et angelos excelsos. i. homines angulosos.

**C** Exit in horis vesperis sic isti. Job. iii. Qui male agit  
odit lucē. Eph. v. Nolite cōicare opibus tenebrar̄ que in  
abscondito sunt ab eis turpe est dicere

**C** In domibus desertis operatur: sic illi qui deserti sunt a  
deo pleni sunt huius occupationibus inutilibus Esa. v.  
Dominus multe deserte erunt.

**C** Tabescit cū tela sua rumpit: sic tales. p̄. et tabescere fe  
cisti sicut araneam animā eius.

**C** Eius tela cito rumpit: sic vita istorū. Esa. xxxvij. Dum  
ad huc ordiner succidit me.

**C** Item rupta nō resui pō: sic post mortē nō possunt face  
re penitentiā. Job. vi. Dies mei veloci⁹ trāsierunt qz a te  
rente tela succidit et consumpti sunt absq; vlla spe. Debe  
mus etiā cogitare et dñs oia facta nuerat dum in hac vita  
vivim⁹. vñ addit (dies annos nō strob) supple a dño di  
ligenter cōputant. Job. x. scis em ipē qz nuerat dies pac  
mēus: et hoc facit (in iōpis. lxx. annis) p. lxx. annos in qbus  
filii israel captiuitate sustinuerūt qz tēu offendērāt signat  
tēpus penitēti. s. vita n̄a: in qua dñs numerat dies quo  
modo nos expēdimus tēpus. Prover. v. Respicit dñs vi  
as homis: et oēs gressus illius cōsiderat qz vlo sunt multi  
qz hoc tēpus male expendit: sicut dicit Job. xxiiij. Dedit  
illi dñs locū penitentiā et ipē abutit eo in superbiā ut eos  
reuoget ad penitentiā bene subiungit (si autē in potentati  
bus. lxx. annis) id est si dñs homini etiāz (lxx. annis) ve  
sit (in potentatiibus) id est in honoribus mūdanis (et am  
plius eorū labor et dolor). i. in infinitū amplius oportebit  
eos esse in labore et dolore eterno respectu cuius tota vita  
nostra non est nisi instans vel momentū. Eccl. x. Omnis  
potentatus vita brevis. Job. xxij. Dūcūt in bonis dies sui  
os et in puncio ad inferna descendunt. Job. x. Gaudium  
hypocrite ad instar puncti: et dicit pluraliter (in potentati  
bus) non in vno qz p̄mo sit homo canonicus. secundo ar  
chidiaconus. tertio eps. quarto legatus tē. potētatus eti  
am plures habet qui habet plures p̄bendas vel beneficia  
vel psonatus. nullus tñ hodie vel paucissimi habet istos  
potentatus. lxx. annis: sed amplius eorum labor et dolor  
quid cū sunt. lxx. annis respectu eternitatis et perpetuita  
tis penitentiā: in quibus erit (labor) corporis (et dolor) cor  
dis (amplius) qz fuerit prosperitas. momentaneū em̄ est  
quod delectat eternum qd cruciat potentes potenter tor  
menta patientur Sap. vi. Esaie. l. in fine. In dolorib⁹ dor  
mietis: propter hoc signanter dicit (eorū) sc̄s potentū est  
(labor et dolor) qui eos expectat non pauperum et humi  
lium: vnde ibi Sapie. vi. Precedit exiguo concedit mī  
sericordia: vnde et hic bene sequit (quoniam supuenit māsue  
tudo) sc̄s de misericordia (et corripiem⁹) nos pauperes  
et humiles. illa autē misericordia vel mansuetudo est do  
mini p̄ns flagellatio. vñ. ii. Mach. vij. dicit. Obscurō cos  
qui bñ c libri lecturi sunt ne abhorrescat p̄ter aduersos  
casus sed reputent ea que acciderūt non ad interitum sed  
ad correctionē generis esse nostri: etenim multo tēpore non  
finere peccatoribus ex sententia agere: sed statim vltiōes  
adhibere magni beneficij est indicium tē. et post pauca

# Psalmus

pter qd nunc quidē a nobis misericordia suā amouēs cor  
tipis vō in aqueris populu suū derelinquet Prouer.ij.  
Disciplinā dñi fili mi ne abūcias neq; deficias cum ab eo  
corriperis: quē em̄ diligit dñs corripit. hoc etiā qd hic dici  
tur (qm̄ supuenit mansuetudo t̄ cor) est p̄tra duros t̄ au  
stros platos t̄ correptores. melius em̄ corripit hō in spi  
ritu lenitātē. Gal. vi. qd in spū ardoris.ij. Regu. ix. Spus  
grādis t̄ fortis subvertēs mōtes t̄ cōterens petras an do  
minū nō in spū dñs t̄ post spiritū cōmotio nō in cōmotio  
ne dñs. t̄ post cōmotioz ignis. nō in igne dñs: t̄ post ignē  
sibulus aure tenuis: t̄ ibi dñs p̄ spiritū in mōtibus cōmu  
natio t̄ obiurgatio intelligit: que mentes magnas subuer  
tit Eccl. xxj. Obiurgatio t̄ murie annullabit substantiā  
id est virtutes amē. Itē p̄ cōmotionē terre mutatio statu  
torū: qd terra stat. t̄ statutū a stando dī. Esa. xxiiij. Mutat  
uerū ius. dissipauerū fedus sempiternū. Itē p̄ ignē qd cō  
gregat homogenea. s. res sui generis. i. hoīes sue nationis  
vel libi fauētes acceptio p̄sonarū. cū aut̄ corripiunt sic ho  
mines t̄ nō se corrigit due possunt subesse cause. s. vel qd  
obstinati sunt p̄ desperationē: vel qd nimis securi p̄ p̄sum  
ptionē cōtra que duo ponit. s. dei misericordiam t̄ dei irā: vñ di  
cit (qd nouit p̄tatem ire tue). i. misericordiam que est p̄tās ire  
dei qd p̄est ei quasi maior Eccl. ij. in fi. scđm magnitudinē  
eius sic t̄ misericordia illius cū ipo est. p̄. Disserationes eius  
sup oia opa eius. Jac. ii. Superaltat misericordia iudicij. hec  
aut̄ misericordia tanta est qd querit (qd nouit eā). qd nullus  
nouit eā quā sit. maior est em̄ qd expertus vñq; fuerit vñ  
lus hō: vnde Herū. Maior est xp̄i pietas qd quevis iniq  
uitas. hoc est ergo cōtra desperates. subiugit aut̄ cōtra presu  
mētes (aut p̄ timore. t. ira. t. diu numerare). qd. tanta erit  
ira dei in malis qd p̄ timore non poterit numerari nec esti  
mari sicut magnē thesaurus: de quo.ij. ad Ro. tu aut̄ b̄m  
duriciā tuā t̄ impunitēs cor: thes aurizas tibi irā in die ire  
tē. Itē sicut fluctus maris qd diu numerari nō p̄nt. Job. xxxj.  
Sem̄ qd tumētes sup me flue? timui tēt̄ t̄ p̄dūs eius  
ferre nō potui. Ibi glo. qd extremi iudicij adiutū intēta mē  
te cōsiderat. p̄fecto videt qd ratus paucū innumerū quātūz  
nō solū tūc videbis t̄ hūc p̄uidere p̄tūnescit. Item irā dei  
innumerū cadit t̄ innumerabiliē qd innumerū sunt p̄tōres qd  
permit. in digni etiā sunt nūero oēs mali. Eccl. xix. Pu  
tredo t̄vermes hereditabūt eū. t̄ infra tollet de nūero aīa  
ei. Eze. viij. In medio ppli mei nō erūt t̄ in sc̄ptura dom̄  
isrl̄ nō scribentē Apo. viij. Audimū nūerū signatorū tē. Job  
xxi. Post se oēm boīem trahet t̄ ante se innumerabiles.

**14**  
**B** Qualit hō  
a p̄dicāti mi  
serijs libe  
rat p̄ tria.

Certia ps vbi orat t̄ affirmat liberationē. liberat autē  
hō a p̄dicāti miserijs p̄cipue p̄ tria qd notanē hic. Pr̄mūz  
est onisio recte vie padiſi. i. manifestatio siue cognitio xp̄i  
qd est via Jo. xiiij. Ego sum via veritas t̄ vita. de hoc dicit  
(dexterā. t.). i. xp̄m (sic notā fac) sic. i. sicut ego nō audeo  
petere. i. vt sit hō. Ero. xxiiij. Qnde mibi temetipm īa deū  
viderat: sed aliter videre q̄rebāt: sicut etiā in sacramētovi  
dem? mō xp̄m sed adhuc alia q̄rimus visionē. Scđm est  
ostēsio t̄ cognitio eorū qd ad hanc viā adducunt: vñ addit  
(et eruditos corde) supple (fac notos). i. ap̄los t̄ sc̄tos qd  
eruditū sunt vel fuerūt (in corde) poti? qd in aure vel sic le  
gat (dexterā tuā fac no. sic) quo: p̄ p̄dicationē. s. apostolo  
rū t̄ hoc est (t̄ eruditos corde). i. vt notū facias filiū tuū.  
Pr̄mo notos fac ap̄los qd eruditisti i corde mittēs eis spi  
ritū sanctū: de quo Jo. xvij. Cū venerit ille dōcebo vos om  
nē veritatē eruditōs dico veritatē eruditōs dico nō in cu  
riosis t̄ inutilib? questionib? sed (in sapientia) dei p̄tūs. sc̄z  
in xp̄o qd est dei sapientia: de quo apl̄us. j. Thorin. j. Nos p̄  
dicam xp̄m dei virtutē t̄ dei sapientia. in hac sapia se ostē  
dit eruditū. in eadē. j. dices. Non iudi caui me scire aliquid  
inter vos nisi xp̄m iesum t̄ hunc crucifixū. Tertiu est mi  
tigatio pene: vnde dicit.

**15**  
**C** Conuertere domine vñq;quo: t̄ depreca  
bilis esto super sanctos tuos.

Cōuertere dñe) vt. s. tu qd videris auertisse facie a nobis

ita vebemēter tribulat̄ mitiges pena t̄ sic cōuersus vide  
aris (vñq;quo). s. auerſus eris a nobis. Alia littera b̄z (cō  
uertere dñe aliquātu.) qd. mitiges tribulationēt porta  
re possim? nō oīno auferas eā qd vñile est nobis semp alī  
quātulum tribulari t̄ allegat meritū dices (t̄ dep̄calilis  
esto). i. aptus dep̄cali ut cito erudias (sup ser. t.) ecce me  
ritū. Nūc ab his miserijs petūt liberari. cōseq̄nter ostēdit  
se eē exauditi. exaudit em̄ de? cū bona tribuit qd petuntur  
sunt aut̄ duo status. s. p̄ns qd est viatorū t̄ futurū qd est com  
p̄bensorū: q̄tum ad duos oīdit se esse exauditi. Et p̄mo  
q̄tum ad dignorē qd est cōp̄bensorū: t̄ ostēdit tria bona  
qd ibi habent. Pr̄mū est oīni bonorū abundantia: vñ dicit.  
C Repleti sumus mane misericordia tua:  
exultauimus t̄ delectati sumus in omnib?  
diebus nostris.

C Repleti su.). i. replebitur p̄teritū ponit p̄ futuro p̄pē  
tica certitudine qd certus est se esse exauditi (mane). s. re  
surrectiōis (mia. t.). i. bonis qd tu das ex misericordia: vñ dicit  
bt̄s Herū. O felix negotiatio p̄ paruis magna p̄ periu  
ris eterna rape t̄ deū ipm mercede b̄e. Scđm est leticia  
quā habebūt de videnda xp̄i bñanitate t̄ hoc exterius: vñ  
dicit (exultaui?). i. exultabim? Tertiu est leticia quam  
habebūt de videnda diuinitate: t̄ de hoc dicit (t̄ delectati  
sum?). i. delectabimur in deo: vñ in p̄. Alia mea exultabit  
in dño t̄ delectabit sup salutari suo. ecce ista duo ultima  
sc̄ exultatio t̄ delectatio t̄ hoc (in oībus diebus nr̄is). i.  
in eternitate vñi cr̄te dies cōtinui t̄ nostri. bic em̄ nō sunt  
nostrī: sed sollicitudinis t̄ curarū. postea ostēdit se esse ex  
auditi q̄tum ad statū p̄fētē: qd dec̄it dñs nō solū patē  
tiam sed t̄ leticiā in tribulationib; vnde dicit.

**17**  
**C** Letati sumus pro diebus quib? nos bu  
miliasti: annis quibus vñdimus mala.

C Letati su. p̄ die. qd nos bu.). qd. in gaudio suscepim?  
tribulatiōes qd nos bñlliauerunt: vñ dicit (annis qbus vi.  
ma.). i. tribulatiōes. postea. q. in duas sp̄es diuidit viato  
res qd sunt in h̄ statū p̄fētē: qd qdam sunt in charitate qdaz  
extra. illis aut̄ qd in charitate sunt. duo petūt: p̄tectionēz a  
malo. t̄ elevationē intētōis in bono. Pr̄mū petit cū dicit  
C Respice in seruos tuos t̄ in opera tua: t̄

dirige filios eorum:

C Respice i ser. t.) vt eos p̄tegas. s. hoīes quo: tu dñs es  
qd creasti eos: vñ qd exponēs t̄ allegās subiungit (z) p̄ id  
est (in opa tua) Scđm petit cū dicit (dirige) p̄ rectā in  
tentione ad eternā (filios. e.). i. opa qd faciūt vel (filios). i.  
imitatores (eoz dirige) vt proficiant. illis vñ qui sunt ex  
tra charitatē tria petūt. s. gratiam cū dicit.

**18**  
**C** Et sit splēdor domini dei nostri sup nos.  
et opera manuum nostrarum dirige super  
nos et opus manuum nostrarum dirige.

C Sit splēdor dei. i. grā nr̄as mētes illuminās. Prouer.  
ix. Lucerna dñi spiraculū boīis inuestigat oia secreta ven  
tris: t̄ dicit (sup nos) qd grā qd teo facit gratos in supiori  
p̄tē rōnis ponit. Scđo petit eis bonā opationē cum dicit  
(t̄ opa manū no. diri.) vt. s. crescat t̄ diriganū ad eternā  
h̄ est qd addit (sup nos). s. ad celestia. Tertio petit vinc  
lū charitatē cū dicit in singulārī nūero (t̄ op̄ ma. no. diri.)  
q. d. ita dirigas vt mltiplices opa nr̄a vt oia in radice cba  
nat vñiant t̄ sine vñi: vñ dicit Aug. in regula canonico  
rū oia opa nr̄a in vñū siat maiori studio t̄ frequētōi ala  
citate qd si vñ singulis faceret p̄pria. hec expō satis mo  
ralis est p̄ter qd in p̄mo vñsu. Pot̄ tñ totū morali? expōni  
(dexterā. t. sic no. fac) dexterā dei est glia eterna Prouer.  
ij. Longitudo dierū in dex. illi? si h̄ nota fieret hōib? non  
querēt gloriā caducā t̄ inanē. q̄liter aut̄ cognoscit (sic). i.  
p̄ modū silitudinis diuine qd silēs ei erim? sicut dicit Jo.  
i. iii. in p̄nti etiā ei assilamur si eū pro modulo nō invirt  
tibus t̄ opib? imitari studem?: sicut dicit Math. v. Esto  
te p̄fecti sicut t̄ p̄ vñ ce. p̄fec. est. s. multi mutat hāc silēt  
dinē t̄ sumūt silitudinē p̄tōrum. p̄. Facies p̄tōy sumi

16

17

18

19

Moralit.



**Ro.** j. dicentes se sapientes esse stulti facti sunt et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis bois et volucrum et serpantium. gloria dei est virilis alia siue virtus aie. j. **Lor.** i. **Cir** est imago et gloria dei. i. spūs virilis operas. h. mutat in similitudinem bois corruptibilium. i. pectorum evolutionem. i. demonum superborum et qdrupedum. i. luxuriosorum et serpentium. i. auarorum et pectorum beret et in manducat trahit vel iniudiciorum. Et si non possumus? oino et siles Christi qui penitentia sunt innocentes et sine macula: sumus? tu siles scitis quod pri voies et corruptibles fuerunt sicut et nos. h. est quod petit (et erudi. cor.). i. scitos qui cruditi fuerunt. non tamen ore ut sapiens loquuntur: sed et per cordem ut per charitatem interierunt ardentem. scilicet istos in quibus (notos fac) in nobis. q. d. et si non possumus? in opibus nostris et conuersatione nostra (tertera). i. celeste conuersatione representare. h. saltem faciamus et vita scitorum quam in terra duxerunt representemus: sicut monachus apostolus **Pbil.** iii. **Imitatores** mei estote fratres et obseruate eos quod ita ambulat sicut habet formam nostram (in sapientia) hoc potius ad illud (eruditos) in sapientia vel ad illud (notos fac). i. in sapientia. i. in sapientia vita non tamen in scia: vñ **Ioā.** **Cristo.** Sapientia est non eloqua de sci rebus sed finis eloqua derivare habet sapientia scitorum de quod **Ecli.** xlviij. Sapientia scitorum narrat populi. h. est sapientia delirantibus descendens non terrena aialis dyabolica **Jac.** in. sed ut ibidem de pudica pacifica: et sicut ibi sepe quod sicut necesse bone vite sepe virtus capitalia: quod vero oes peccatum et sumentes facies pectorum dei facie a nobis auertimur: necessitate hemus orare dicentes quod sequitur (converte domine) ad nos per gratiam sicut conuersus es ad petrum **Lu.** xxij. Conuersus dominus respexit petrum (vulgus quo). i. et auersus eris: huic quoniam reddet propter. Non conuertar donec deficiat. i. donec cessent a pectore: vñ **Mal.** iii. Reuertimini ad me et ego reuertar ad vos dicit dominus exercituum. dicit dominus reuerti quoniam non recessit **Qsee.** ix. Ele eis cum recessero ab eis. propter hunc ondit iam se reuertente dices (et de pectabilis esto super servos.) non dicit super inimicos (s. super seruos). i. patet seruire tibi si velis eos recipere. Non est enim de pectabilis super eos quod in malitia pseuerat **Lu.** vi. Quid vocat me domine et non facies quod dico. **Tren.** iii. Nos inquit egimus? et ad iracundiam, puocauimus? te dicimus inexcusabilis es. i. **Macb.** ix. Prorabat autem Scelestos domini a quod non erit misericordia cōsecutur. Non ergo hunc quod petita. **Primum** est eterno: **secundum** noticia ibi (tertera recte). Secundus scitorum imitatione ibi (et eruditos recte). Tertius redire domini per gratiam in populum suum ibi (conuertere). Quartus exauditio orationum ibi (et de pectabilis recte). quod hec in primis ecclia abundaverunt: non bene sequitur (replete sumus manu). i. tunc per primi uerbi scitorum misericordia. **Job.** xxix. Quis mihi tribuat ut sim iurta menses pustulos vñ dies quibus de custodiebat me quoniam splendebat lucerna eius? super caput meum et ad lumen eius? ambulabam in tenebris sicut fui in diebus adolescentie mee quoniam secreto deus erat in tabernaculo meo recte. sic potius in deplorare semet ipsam eccliam et pime religiones: vel sic (replete recte) an orauerat conuertere et de pectabilis esto. Hunc ondit quod dominus de pectabilis est et exaudiuit orationem seruorum suorum: quod postea orationem inquit (replete sumus manu). i. cito (mnia tua) propter. Lures eius in paces eorum **Esa.** lxxv. Adhuc illis loquetur? ego exaudiatur: vel (replete sumus manu). i. in ortu gressu quod enim dominus dat primaria pura mnia est **Apo.** ii. in fine. Dabo illi stellarum matutinam. i. primaria gressu. dabo inquit quod non mereretur eam: vel (manu) pueritie (replete sumus recte). hoc potius dicere hunc quod dominus vocat ad religionem in iuuentute sua. **Tren.** iii. Bonum est viri portauerit iugum ab adolescentia sua. Felicitus est qui cui dominus dat lucem gratiae in manu puericie. Felicior vero si datus ei eiusdem gratie plenitudo ad quam plenitudinem recipienda se preparat quod ab eis se evanescat relinquentes non tamen suas diuinas sunt etiam propria voluntates. propter hoc et dicit hunc (replete) felicissimum aut est quod multos habet socios eius? gressu picipes: vñ dicit plus (replete sumus) ex hoc aut sequitur gaudium et exultatio vñ sequitur (et exultatum) alterius (et delectati sumus) interius **Ecli.** ii. In oblatione veniet nobis mnia. propter. Ecce quod bonum et cōsiderandum recte. ecce inquit ad oculum **Zach.** ix. Exultasatis filia syon iubila filia hierusalem fatus inquit ne quod nimis contemplative et active ait o religio quod speculando et studendo contemplantur et predicando et homines reconciliando in agro acti-

onis exerceris. In omnibus autem bis necessaria est perseverantia non additum (in omnibus diebus nostris) **Pbil.** iii. Baudete in dominio spiritu. **Duo** autem sunt in religione maxime pauperes qui videtur non esse gaudent sed meroris. s. quod homo subiectus est alterius voluntatis et quod est expositus medie paupertati: vñ consequenter ostendit vir secundus quod non solus in bis non tristat sed etiam non dico tamen in his sed de his et per his letat. dicit enim (letari sumus?) tota congregatio (per diebus) non tamen in diebus (quibus nos humiliasti) subiectus alterius voluntati (et pro aliis quibus vidi mus) per experientiam (mala) penitentia paupertate laborare reverentur in bis duobus est letat. **Primus** enim finis testimonium sanctorum percludit nobis viam inferni. Secundum vero nos quod violenter ducit ad gaudia paradisi. De primo enim dicit beatus bernardus. Colle, propria voluntate et non erit infernum propter. **Bonum** mihi domine quod humiliasti me. non enim descendit in infernum nisi quod per supradictam et propria voluntatem diuine voluntati resistitur. **De secundo** dicit Gregorius. Mala quod nos permisisti hic ad te nos ire compellunt in curia rei expiacionis dictum est a domino **Lu.** xiiij. quod dicit parentes familiars seruus suo: exi in plateas et vicos ciuitatis et parceris et debiles et cecos et claudos introduce hunc et post exi in vias et sepes et cōpelle intrare et impleaf domus mea. **Nos** vero quātacumque faciamus propter domino semper debemus nos peccatores et inutiles seruos reputare et venias petere: enim quod dicit dominus **Lu.** xvij. Cum oia bona feceris dicatis serui inutilles sumus. **Job.** ix. Si babuero quod propter iustitiam non rendere debeo sed meum iudicem deponitur: non bene subiungitur oio (respice domine in seruos tuos) oculo misericordie ut liberes eos a peccatis **Ero.** iii. Cui deus vidi afflictionem populi mei in egypto et descendit ut libera re eum de manib[us] egyptiorum: sic respexit dominus petrum **Lu.** xxij. et supra dictum est. malos vero et impunitates respexit dominus oculo iusticie **Ero.** viij. Recipies dominus super castra egyptiorum interfecit exercitum eorum. Itē bonos respicit dominus. i. retro aspice duobus modis quibus petit hunc respici dicens (respice in seruos). i. retro aspice in eos. **Primo** utrum sequantur te a tergo multi enim volunt ire post eu in quorum persona dicit **Esa.** lix. Quersi sumus ne irem post tergum domini Itē (respice). i. retro respice eos utrum sunt gibbos **Leui.** xxxi. si gibbus si lippus recte. dominus spibus oculos ad nos sicut pater ad filios ne aliquod turpe sit in nobis. **Sap.** iii. Gra dei et misericordia est in scitorum eis? et respectus in electos illorum? et hoc debemus petere: nec solus hoc est etiam ut ipsa bona opera respiciat utrum sint sufficiētia et digna eo: vñ sequitur (et in opera tamen) quod serui tui operantur tibi non per baroni cui pectores operantur. **Opus** autem dei est conuersio pectorum propter. Deus autem rex noster aeternus secula ope est sicut in medio terre. **Job.** iii. In hoc appuit filius dei ut dissoluat opera dyaboli. i. pectus quemque enim peccat operatur dyabolo: vel mundo vel carnem. i. inimicis dei. et adhuc apparet quod sunt filii dei. s. illi qui hec opera dyaboli dissoluunt et destruunt in se et in aliis: sed hodie istud signum in multis non appareat sed magis apparent in eis opera dyaboli vel mundi vel carnis quam destruccio eorum picipes in clericis quorum officium deberet illa destruere. Nunc in multis eorum sunt manifesta opera carnis: sicut dicit **Gal.** v. (et dirige filios eorum) id est eos quos tibi per euangelium genuerunt. **I Corin.** iii. In christo iesu et euangelio ego vos genui (et sit splen.). hoc et supra expositionem est. **Notandum** autem quod in his duobus versibus sex petitiones vel orationes continentur pro diversis gradibus ecclesie: unde quolibet die dicuntur post primam ab ecclesia vel a religiosis in capitulo. **Primum** pro platis et predicatoribus cum dicit (respice in seruos tuos) ipsi enim specialiter sunt serui domini positi in ministerio christi. **Chorin.** v. Deus erat in christo mundum reconcilians sibi. **Joban.** x. Christus moriturus erat pro gente et non tantum pro gente sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum hec opera dei contraria sunt operibus dyaboli qui fecerunt scismata et discordias. **Matthei.** xiiij. Qui non congregat mecum dispergit. **Tertio** orat pro subditis cleris cum dicit (dirige filios eorum) **Quarto** per regibus: vñ dauid rex

3  
Duo in quibus letat. est maxime in religione.

# Psalmus

dicit (et sit splen. do. dei no. sup nos) huius enim splendoris mā  
di habet sed raro dei: vñ salomon regnatur petet eum a  
dno. iij. Reg. iij. ps. Et nūc reges intelligite tē. Quito p la  
boratoribz ecclie cū dicit (op̄a ma. no. diri.) huius sūt ma  
nus ecclie: vel pugnādo vel agricolando (dirige) inq̄t (su  
per nos) q.d. nos digim⁹ p te q̄ es superior director et actor  
Job. xv. Sicut me nihil potestis facere. Secundo p contempla  
tus viris cū dicit (et op̄us) vñcū. Lu. x. vñ est necessari  
um (manū no.) spūlū q̄ edificat nobis in celo: dū reci  
pientes a nob̄ elemosynas orant p nob̄: tales sunt vidue  
et pauperes xp̄i et religiosi q̄ de aliorū elemosynis sustentati  
p̄ceptiōni et oīcupantur et post eorū est misericordia. s. orare.

P̄p. 90.

## Psalmus XC

**Q** uoniam Eli habitat in adiutorio altissimi:  
in protectione dei celi cōmorabit.  
**C**itulus (laus cātici dauid) In p̄cedēti ps.  
egit prophetā de miseria t̄pis ex qua q̄nq̄ surgit miseria tē  
ptatiōis de qua agit in hoc ps. in illo Heues dies homis  
sunt Job. ix. In isto tēptatio est vita bovis sup terrā Job  
vii. et de isto ps. sumplie dyabolus auctoritate ad tēptan  
du dñm dicens Math. iii. scriptū est q̄ ange suis mā. de  
te: ut custodiā te in oīb⁹ vñs. t. tē. et q̄ laudab̄t q̄r bñ pu  
gnauerit: id a laude intitulat (laus) nō bñana sed (canti  
ci dauid). i. xp̄i q̄ prius pugnauit et vicit et inde laudādus  
est cui⁹ tēptatio et victoria nob̄ i exemplū ppōnit et laus  
vincētibus p̄mittit. et hec est intentio psal. hui⁹. vt. s. exem  
pli xp̄i tēptationes discam⁹ vincere. Modus triparti  
tus est ps. Primo prophetā dicit. in solo deū sperantē dei p  
tectione vallari. Secundo p̄missio casu de se p̄sumētū dicit  
caput xp̄m in celo leuantū a nullo posse cōtingi et pedes su  
os in terra ab angelis custodiri: vñ est certitudo p̄tectionis  
promissae ibi (cadent a latere) Tertio inducit ip̄e dñs  
qui cōsolatur sperantē. hic defensionē in futuro p̄misit pro  
mittēdo ibi (q̄m in me sperauit) et sic tota expositiō būius  
psal. moralis est. Possum⁹ aut̄ exponere primo allegorice  
de xp̄o ut de ipso dicat (q̄ habitat in adiutorio altissimi)  
id est in beatā virgine q̄ est cūitas et thalam⁹ in qua xp̄us  
habitat: vñ supra dictū est ei Gloriosa dicta sunt de te ci  
uitas dei: et alibi dicit de exemplo ipse tanq̄ sponsus p̄ce  
dens de thalamo suo. i. de virginali vtero dicit glo. vbi de  
us bñane in ute ut spōlū spōse copulat⁹ est. hec est (ad  
iutoriū altis. q̄r iūnat eū ad saluandū gen⁹ humānū: vnde  
de ip̄o vere dicit Gen. ii. Faciamus ei adiutoriū sile sibi.  
xp̄s vñ (qui) tēpe in carnatiōis (habitac) in hoc (adiutorio  
altissimi) nō dereliqueret a dño: sed (in p̄tectione dei celi cō  
morabit) licet dicturi sunt iudei tēdereliquit cum p̄seq̄  
mini et coprehendite eū. q̄r nō est qui eripiat: sed Jo. xiii.  
dicit. Non credis quia ego in patre et pater in me est. ergo  
in protectione eius cōmorans.

Divisio.

**A** Allegorice  
De ipso.

**B** icet dominus susceptor meus es tu: et  
refugium meum deus meus sperabo in eu⁹:.  
**C** idet dñs) patri (susceptor meus es tu) hoc impletus  
est quādo clamans voce magna dicit. Pater in man⁹ tu⁹  
as cōmodo spiritū meū Lu. xxiiij. (et refugium meū de⁹ me⁹ us) Job. xvij. Nūc aut̄ ad te venio (spabo i eū) fm q̄ ho  
mo certā habens fiduciā: vnde supra dicit. In te dñe spe  
rai nō cōfundar in eternū. quid sperabit.

**3** **Quoniam ipse liberavit me de laqueo ve  
nantium: et verbo aspero.**  
**C** liberavit. i. liberabit (me de laqueo venantium). i. de  
insidiis iudeorum. Lu. viiiij. Et ipsi obseruabant eū: vñ vbi  
nos habemus cōsequenter (et a verbo aspero) habet līra  
Hieronymi (de monte insidiarū) vel (a verbo aspero). i.  
a concijs iudeorum.

**4** **Scapulis suis obūb̄ rabit tibi: et sub pen  
nis eius sperabis.**  
**C** hic cōvertit prophetā sermonē ad xp̄m loquēs ei de p̄te  
ctione patr̄ fm morē boīm q̄ filios suos puulos (sub sca  
pulis). i. sub ascillis accipiūt q̄n aliquid timet pueri. dicit er  
go (scapulis suis). i. p̄tectione sua (obumbribat tibi) con

tra estū p̄secutionis iudeoz (et sub pennis ei⁹). i. sub bac  
vibratiōe (sperabis). i. fiducialiter ages. ps. Sub vmbra  
alarū tuarū. pro. me a facie impi. qui me afflire.

**C** Scuto circumdabit te veritas eius nō ti  
mebis a timore nocturno.

**C** Scuto) patientie (circūdabit te veritas eius) q̄ promi  
sit et mentiri nō potest (nō timebis a timore nocturno) a  
quo timuit petr⁹ et negauit. hoc eū fuit de nocte. iesus vñ  
nō timens sicut Job. xviij. dicit. Venerib⁹ ministris cū  
laternis et armis. sciens oīa que ventura erant sup eū: pro  
cessit et dicit eis. Quē queritis: et cū respondissent: Iēsus  
nazarenū: dicit ego sum: nec timebis.

**C** A sagitta volāte i die a negocio p̄abulāte  
in tenebris: ab incursu et demōio meridiāo

**I** A sagitta vñ. in die) sagitta a lōge p̄cutit: in q̄ intelligit  
excogitatio et malitia iudeoz q̄ remotas causas exq̄rebāt  
vt eū sagittarent. ps. Subito sagittabūt eū et nō timebūt:  
vñ q̄ firmauerūt sibi sermonē neq̄. et hec sagitta dicit vñ  
lans in die ad litterā: fm q̄ dī Math. xxvj. Mane facio  
consilii inierūt oīs p̄ncipes sacerdotū et seniores populi  
aduersus iesum ut eū morti traderet: nec etiā timebis (a  
negocio p̄am. in tenebris) hoc negociū duplex possim⁹ assi  
gnare. s. quo cōdixerūt falsos testes cōtra eū Math. xvi.

**P**rinicipes sacerdotū et omīe cōclūi c̄rebant falsum testi  
moniū cōtra iesum: ecce negotiū sicut mercatores que  
rūt merces quas emere volūt et nō inuenērūt: cū multi fal  
si testes accessissent: et hec negociū pambulabat in tenebris  
malicie exceantis corda ipsoz. Itē negociū istud possu  
mus appellare factū illud quo empta fuit amicicia inter  
pylatū et herodē: fm q̄ dī Lu. xxvij. Quod ut cognō uit py  
latū qd̄ de herodis p̄tate esset remisit eū ad herodē. Ille  
nō illusū iesum remisit ad pylatū: et facti sunt amici hero  
des et pylatū i p̄a die. Nā antea inimici fuerūt ad inimicē: et  
istud negociū p̄abulabat ita de pilato ad herodē et de hero  
de ad pylatū: et hec i tenebris ignorātiae nec iterū timebis.  
(ab incursu et demonio meri.) incursus iste fuit occursus  
iudeoz: q̄r male a demonio vexati clamabāt furiose: cru  
cifige eū: et dī demoniū meridianū q̄r dicebat se facere hec  
et feruore et zelo legis diuine. Moraliter sicut tactum est

**Moralis.**  
sup titulū xp̄i tēptatio nobis. p̄ponit in exemplū: vt sicut  
ip̄e oīm supauit tēptationē: ita et nos tēptationē vincere  
studeam⁹. hoc aut̄ facere non possim⁹ si in nostris viribus

cōfidam⁹ et non in deo fiduciā nostrā totā ponam⁹: q̄a ut  
dixit Judith. vj. Dñe nō terelinquis p̄sumētū de te: et  
p̄sumētū de se et de sua virtute gloriātes būiliās: vnde  
h in p̄ncipio dī. (q̄babi. in adiu. al.) i. q̄ cōtinue totā spē  
ponit in eius adiutorio (in p̄tectione dei cōmorabit). i. cōtinue p̄te  
get ab ip̄o ut nec eleuet p̄spēris nec deiciatur aduersis.

**H**iere. xvij. Dis vir q̄ cōficit in dño et erit dñs fiducia et  
erit q̄sī lignū qd̄ trāplantat̄ sup aquas qd̄ ad humores  
mittit radices suas et non timebit cum venerit estū: ista  
duo verba (habitat et cōmoue.) frequentia et morā notā  
et peregrinationē et leuē transitū excludunt qui eū ad bo  
ram credit vel sperat et tēpō tēptationis recedit: nō (ha  
bitat in adiutorio altissimi.) si p̄grinat̄ nec (in p̄tectione dei  
cōmorabit) sed transit: quō aut̄ scieſ si habitat quis in ad  
iutorio altissimi subiungit signū (dicet dño) non tam ver  
bo q̄ operis exhibitione (susceptor meus es tu) q. d. totū  
se p̄projicit in deū q̄ eius curā suscepit. i. Pe. i. Omne sol  
licitudinē restrā p̄ojectantes in eū: qm̄ ipsi cura est de vo  
bis: et etiā (dicet) predicto modo (refugium meū de⁹ me⁹ us)  
id est omne malū fugiet et ad deū refugiet: et hoc facere est  
habitare et sperare omnino in adiutorio altissimi: vñ etiā  
subdit (p̄erabo in eū) Notandum aut̄ q̄ in his duobus  
versibus ponit quattuor verba in q̄bus notant̄ quattuor  
būficiā q̄ dñs fecit nob̄. Primū est adiutoriū et inimicos  
nōs impugnare et expugnare possim⁹: qd̄ notat̄ cu dicit.  
(q̄ habitat in adiu.) Scdm est p̄tectione ab hostib⁹ si impu  
gnati repugnare voluerit cu dicit (in p̄tectione tē.) Tertii  
est cura et recreatio si hostes repugnates nos vulneraue  
rint vel vexauerint cu dicit (susceptor meus) ut medicus